norat enim hac lege fœdus ictum. Ideoq; Hector paulò poſt inquit:

Fœdera noſtra quidem Saturnius irrita fecit:

nam imperfectũ manebat certamen, neutro mortuo. Itaque repugnantia quidem mihi videtur pactorum eſſe nulla, cùm prius in poſteriore cõprehendatur. qui enim interfecit, vicit: non ſtatim interfecit, qui vicit. Et vt in ſumma dicã, Agamemno conditionem ab Hectore propoſitam non aboleuit, ſed explicauit: neq; mutauit: ſed adiecit quod erat potiſſimum, in necando victoriam ponens.

hæc enim est perfecta victoria, reliquæ excusationes & controuersias habent: vt hæc Menelai, qui aduersarium neq; vulnerauit neq; occidit. Vt ergo in veris legum repugnantiis iudices id amplectuntur quod nihil habet controuersiæ, obscuriore repudiato: ita hæc id pactum censeamus potius esse & plus valere, quod finem certaminis exprimit notum, & nulli obnoxium præscriptioni. Et, quod maximum est argumentum, ille ipse qui videtur vicisse, non desinens fuga elapsum quærere, sed vsquequaq; per exercitum obambulans,

Sicubi Alexandrum formosum cernere posset:

testatum fecit victoriam imperfectam esse, & non valere. nam cùm effugisset Paris, recordabatur Menelaus se dixisse:

De nobis vtrum morti sors destinat atræ,
Is pereat: reliqui bellum mox soluite pace.

Itaque necesse habuit Alexandrum quærere, vt eo interfecto certamen absolueret suo fine: quem cùm non necasset, non cepisset, nullo iure præmium victoriæ postulabat. Et quidem non vicit: quod colligere ex verbis eius potest, Iouem incusantis, & irritos suos conatus deplorantis,

Non est te superûm, genitor, crudelior vllus.
Vlcisci iam posse Parim, data damnaq; rebar:
Dissilit in manibus gladius mihi: missaq; frustra
Exiit hostilis sine vulnere corporis hasta.

ipse enim fatetur nihil esse scutum pertundere, & galeam delapsam hosti accipere, si eum non feriat & interficiat. Post hæc Musis libauimus, cumque Apollini earum duci pæanem cecinissemus, accinere libuit Eratoni lyram pulsanti Hesiodea de Musarum ortu carmina. Finito cantu Herodes rhetor, Audite, inquit. Qui à nobis auellunt Calliopam, cum regibus eam versari aiunt: non (puto) syllogismos dissoluentibus, aut declamantibus vel disputantibus, sed ista agentibus, quæ oratorum & ciuilium sunt virorũ opera. De cæteris autem Musis Cleio exornationis genus introducit: nam Klea sunt laudes, & Polymnia historia: est enim mnia, id est memoria multarũ rerum. aliquando etiam omnes tanquam in * Musas mneias vocari dicunt. Ego mihi Euterpæ etiam partem aliquam vindico: siquidem verum est quod dicit Chrysippus, ei sorte obtigisse gratiam & oblectationẽ colloquii. nõ enim minus colloquia, quàm causas forenses & deliberationes tractat orator: cùm nostra ars habeat rationes beneuolentiam captandi, patrocinandi, defendendi. maximè autem laudationibus vtimur & vituperationibus: quas si artificiosè vsurpamus, non vilia neq; parua consequimur: sin imperitè & sine arte, excidimus. Nam illud,

Proh Iupiter, cunctis quàm carus honoratusq;
*Hic mortalibus est. -- *

autem magis, vt qui in colloquiis concinnitatem habeant, persuadendi facultatem & venustatem arbitror conuenire. Tum Ammonius: Iniquum sit Herodes, inquit, tibi succensere, & * * manu Musas apprehendentibus. Amicorum enim res communes sunt. Ideò multas Musas genuit Iupiter, vt affatim omnibus bona haurire liceret. Neque enim venatu, militia, nauigatione, aut manuariis artibus omnes indigemus: eruditione & sermone opus habemus omnes,

Quicunq; terræ munere vescimur.

Itaque vnam Mineruam, vnam Dianam, vnum Vulcanum, Musas fecit multas:

A αὕτη γὰρ ἐστὶ νίκη πολυτελής· αἱ δ' ἄλλαι παραφάσεις καὶ ἀντιλογίας ἔχουσιν, ὡς ἡ τοῦ Μενελάου, μήτε βώσαντος, μήτε διώξαντος. ὥσπερ οὖν οἱ τὰς ἀληθινὰς ἀντινομίας οἱ δικασταὶ, τὰ μηδὲν ἀμφισβητήσιμον ἔχοντα παρεστήδεντα τ' ἀσαφέστερον ἐάσαντες· οὕτως οἱ τοῦδε τοῦ ἀπροφάσιστον καὶ γνώριμον τέλος ἄγουσαν ὁμολογίαν, βεβαιοτέραν καὶ κυριωτέραν νομίζειν. ὃ δὲ μέγιστόν ἐστιν, αὐτὸς ὁ δοκῶν κρατεῖν, οὐκ ἀποστὰς φυγόντος οὐδὲ παυσάμενος, ἀλλὰ περιαχόσε φοιτῶν, ἀν' ὅμιλον εἴ που ἐσταθρήσειεν Ἀλέξανδρον θεοειδέα, μεμαρτύρηκεν ἀκυρον εἶναι καὶ ἀτελῆ νίκην

B ἐκείνου. ἀμφεφυγότος οὖν οὐκ ἐμμενεῖν τῷ ὑπὲρ αὐτῶ εἰρημένῳ,

Ἡμέων δ' ὁπότερῳ θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται
Τεθνάμεν, ἄλλοι δ' ἀμφαριδεῖ τε πάλεσθαι. δεῖ δὲ ζητεῖν μὴ δυάγκαιον εἶναι αὐτὸν τὸν Ἀλέξανδρον, ὅπως ἀποκτείνας συντελέσῃ τὸν τοῦ ἀγῶνος ἔργον· μὴ κτείνας δὲ, μηδὲ λαβὼν, οὐ δικαίως ἀπαιτεῖ τὸ νικητήριον. οὐδὲ γὰρ ἐνίκησεν, εἰ δεῖ τεκμαίρεσθαι τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ λεγομένοις ἐγκαλοῦντος, τοῦ Διὸς καὶ τὰς ἀποτεύξεις ὀδυρομένου,

Ζεῦ πάτερ, ὅ τις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος·

C Ἦ τ' ἐφάμην πάσασθαι Ἀλέξανδρον κακότητος,
Ναῦ δέ μοι ἐν χείρεσσιν ἄγη ξίφος, οὐδέ μοι ἔγχος
Ἡΐξθη παλάμηφιν ἐπώσπον ὀξὺ βαλόν μιν.

αὐτὸς γὰρ ὁμολογεῖ μηδὲν εἶναι τὸ ἀμφαρίζειν, καὶ λαβεῖν ἀπορρύεν τὸ κράνος, εἰ μὴ βάλοι μηδ' ἀποκτείνειε τὸν πολέμιον· οὐκ τούτου κοινωνοὺς ἐποιησάμεθα τὰς Μούσας, καὶ τὰ μουσηγέτῃ Ἀπόλλωνι παιανίσαντες, συνῳσαμεθ' τῷ Ἐρατῶνι πρὸς τὴν λύραν ἐκ τῶν Ἡσιόδου τὰ περὶ τῶν Μουσῶν γένεσιν. μετὰ δὲ τὰ ᾠδεῖν, Ἡρώδης ὁ ῥήτωρ, Ἀκούετε (ἔφη) ὑμεῖς. οἱ τὴν Καλλιόπην ἀποκόπτοντες ἡμῶν, σὺν τοῖς βασιλεῦσιν αὐτὴν παρεῖναί φασιν, οὐκ δυαλύουσι δὴ τοὺς συλλογισμοὺς, οὐδὲ ἐρωτῶσι μεγάλα εἰπόντας, ἀλλὰ ταῦτα πράττουσιν ἃ ῥητόρων ἐστὶ καὶ πολιτικῶν ἔργα. τῶν δ' ἄλλων ἥ τε Κλειὼ τὸ ἐγκωμιαστικὸν προσάγει, (κλέα γὰρ ἐκάλουν τοὺς ἐπαίνους) ἥ τε Πολύμνια τὸ ἱστορικόν· ἔστι γὰρ μνήμη πολλῶν. ἐνίαχοῦ δ' καὶ πάσας ὥσπερ ἐν λείῳ τὰς μούσας μνείας καλεῖσθαι λέγουσιν. ἐγὼ δὲ μεταποιοῦμαί τι καὶ τῆς Τερψιχόρης· εἴπερ (ὡς φησι Χρύσιππος) αὐτή τι πρὸς τὰς ὁμιλίας ἐπιτερπὲς εἴληχε καὶ κεχαρισμένον. ὁμιλητικὸς γὰρ οὐδὲν ἧττον ἢ δικανικὸς ὁ ῥήτωρ καὶ συμβουλευτικός. αἱ γὰρ ἕξεις ἔχουσι καὶ εὐμηδείας καὶ σιωπηρείας καὶ

D ἀπολογίας. πλείστῳ δὲ τοῦ ἐπαινεῖν χρώμεθα καὶ τοῦ ψέγειν, ὧν τούτοις οὐ φαύλων οὐδὲ μικρῶν τυγχάνοντες, οὐ τεχνικῶς τοῦτο πράττομεν· ἀλλ' ἀπείρως καὶ ἀτέχνως, ἀσυχοῦντες. τὸ γὰρ, Ὦ πόποι ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιος ἐστιν. οὐ θεοῖς δὲ μᾶλλον ὡς τὸ περὶ τὰς ὁμιλίας εὐάρμοστον ἔχουσι, πειθὼ καὶ χάριν οἶμαι παρεσκευάκειν. καὶ ὁ Ἀμμώνιος, Οὐκ ἄξιον (ἔφη) σοι νεμεσᾶν ὦ Ἡρώδη. καὶ τοῦ χειρὶ τῶν μουσῶν ἐπιδραττομένων. κοινὰ γὰρ τὰ φίλων, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐγέννησε μούσας ὁ Ζεὺς, ὅπως ἦ πᾶσιν ἀφθονία τῶν

E καλῶν ἀφθόνως. οὔτε γὰρ κυνηγίας πολλοὶ, οὔτε στρατείας, οὔτε ναυτιλίας, οὔτε βαναυσουργίας, παιδείας δὲ καὶ λόγου δεόμεθα πολλοὶ, εὐρεσιδοῖς ὅσοι καρπὸν ἀνυόμεθα γένους. ἔνθεν Ἀθηνᾶν μίαν καὶ Ἄρτεμιν, καὶ Ἥφαιστον ἕνα, μούσας δὲ πολλὰς ἐποίησεν.

Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν μουσῶν ὅσα λέγεται μὴ καινῶς.

Πρόβλημα ιδ'.

Ὅτι δὲ ἐννέα, καὶ οὐκ ἐλάττους οὐδὲ πλείους, ἄρα ἡμῖν φράσειας· οἶμαι δέ σε πεφροντικέναι φιλόμουσον οὕτω καὶ πολύμουσον ὄντα. τί δ' τοῦτο σοφόν; (εἶπεν ὁ Ἡρώδης) πᾶσι γὰρ ἀπὸ στόματός ἐστι καὶ πᾶσιν ὑμνούμενος ὁ ἐννεάδος ἀριθμός, ὡς πρῶτος ἀπὸ πρώτου πρώτου τετράγωνος ὤν, καὶ πρωτοτάκις πρῶτος, ἅτε δὴ τῷ ἀπαρτιζομένῳ εἰς τρεῖς ἴσοις λαμβάνων πρώτοις. καὶ ὁ Ἀμμώνιος ὑπομειδιάσας, Ἀνδρικῶς γοῦν τὴν διεμνημόνευσας· καὶ πρόσθες αὐτοῖς ἐπὶ τοσοῦτον τὸν ἀριθμόν, οὐκ δυεῖν τῶν πρώτων συνηρμόσθαι μονάδος καὶ ὀγδοάδος. καὶ καθ' ἑτέραν ὁδὸν αὖ πάλιν συνθέσιν οὐκ δυεῖν τετραγώνων τριάδος καὶ ἑξάδος ὧν ἑκάτερος, καὶ τέλειός ἐστιν. ἀλλά τί ταῦτα ταῖς μούσαις μᾶλλον ἢ τοῖς ἄλλοις θεοῖς προσῆκεν; ὅτι μούσας ἔχομεν ἐννέα· Δήμητρας γὰρ καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἀρτέμιδας οὐκ ἔχομεν. οὐ γὰρ δή που καὶ σε πείθει ὁ μούσας γεγενέναι τοσαύτας, ὅτι τοὔνομα τῆς μητρὸς αὐτῶν οὐκ τοσούτων γραμμάτων ἐστίν. γελάσαντος γὰρ τοῦ Ἡρώδου, καὶ σιωπῆς γενομένης προὔτρεπεν ἡμᾶς ἐπιχειρεῖν ὁ Ἀμμώνιος. εἶπεν οὖν ὁ ἀδελφὸς ὅτι τρεῖς ἤδεσαν οἱ παλαιοὶ μούσας· καὶ τοῦτο λέγειν ἀπόδειξιν, ὀψιμαθές ἐστι καὶ ἄγροικον ἐν τοσούτοις καὶ τοιούτοις ἀνδράσιν. αἰτία δὴ οὐχ, ὡς ἔνιοι λέγουσι, τὰ μελῳδούμενα γένη, τὸ διάτονον, καὶ τὸ χρωματικόν, καὶ τὸ ἐναρμόνιον· οὐδὲ οἱ τὰ διαστήματα παρέχοντες ὅροι νήτη καὶ μέση καὶ ὑπάτη. καίτοι Δελφοί γε τὰς μούσας οὕτως ὠνόμαζον, οὐκ ὀρθῶς ἐν μαθήματι, μᾶλλον δὲ μοιρίῳ μαθήματος ἑνὸς τοῦ μουσικοῦ τῷ ἁρμονικῷ προσπτέντες. ἁπάσας δὲ (ὡς ἐγὼ νομίζω) τὰς διὰ λόγου τοῦ διανομάς ὑπεστήσας καὶ τέχνας οἱ παλαιοὶ καταμαθόντες ἐν τρισὶ γένεσιν οὔσας, τῷ φιλοσόφῳ καὶ τῷ ῥητορικῷ καὶ τῷ μαθηματικῷ τριῶν ἐποιοῦντο δῶρα καὶ χάριτας θεῶν, καὶ τρεῖς τὰς μούσας ὠνόμαζον. ὕστερον δὲ καὶ καθ' Ἡσίοδον ἤδη μᾶλλον ἐκκαλυπτομένων τῶν δυνάμεων διαιρούντες εἰς μέρη καὶ εἴδη, τρεῖς πάλιν ἑκάστῳ ἔχουσιν ἐν αὐτῇ διαφορὰς εὕρων. ἐν μὲν τῷ μαθηματικῷ τὰ περὶ τὴν μουσικήν ἐστι, καὶ τὸ περὶ ἀριθμητικήν, καὶ τὸ περὶ γεωμετρίαν· ἐν καὶ τῷ φιλοσόφῳ τὸ λογικόν, καὶ τὸ ἠθικόν, καὶ τὸ φυσικόν· ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ τὸ ἐγκωμιαστικὸν πρῶτον γεγενέναι λέγουσι. δεύτερον δὲ, τὸ συμβουλευτικόν, ἔσχατον δὲ τὸ δικανικόν. ὧν μηδὲν ἄλλον μηδὲ ἄμουσον εἶναι, μηδὲ ἄμοιρον ἀρχῆς κρείττονος καὶ ἡγεμονίας ἀξιοῦντες, εἰκότως ἰσαρίθμους τὰς μούσας οὐκ ἐποίησαν, ἀλλὰ οὔσας ἀνεῦρον. ὥσπερ οὖν τὰ ἐννέα διαιρεῖται εἰς τρεῖς λαμβάνει τριάδας, ὧν ἑκάστη πάλιν εἰς μονάδας διαιρεῖται τοσαύτας, οὕτως ἓν μὲν ἐστι καὶ κοινόν, ἡ τοῦ λόγου περὶ τὸ κύριον ὀρθότης, νενέμηται δὲ εἰς τρεῖς τῶν τριῶν ἕκαστον· εἶτα πάλιν αὖ μοναδικῶς ἑκάστη μίαν περιέπει λαχοῦσα, καὶ κοσμεῖ δυνάμιν. οὐ γὰρ οἶμαι τοὺς ποιηματικοὺς καὶ τοὺς ἀστρολογικοὺς ἐγκαλεῖν ἡμῖν ὡς παραλείποιμι τὰς τέχνας αὐτῶν εἰδότας οὐδὲν ἧττον ἡμῶν, ἀστρολογίαν γεωμετρίᾳ, ποιητικὴν δὲ μουσικῇ συνεμμιγνύντας. ὡς δὲ ταῦτα ἐρρέθη, πρὸς ἰατρὸς Τρύφων εἰπόντος, Τῇ δὲ ἡμετέρᾳ τέχνῃ τί παθὼν τὸ μουσεῖον ἀπεκλείσας; ὑπολαβὼν Διονύσιος ὁ Μελιτεὺς, Πολλοὺς (ἔφη) συμπαραλαλεῖ ἐπὶ τὴν κατηγορίαν. καὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ γεωργοὶ τὴν Θαλείαν οἰκειούμεθα,

φυτῶν

Quædam de numero Musarum haud vulgariter disputata.

Quæstio decima quarta.

CVR verò nouem, neque plures aut pauciores fecerit, ecquid nobis edisseres? nam id arbitror tibi esse meditatum, ita studioso Musarum, & multo in iis colendis. Quid autem, inquit Herodes, in hac re est reconditi? In ore omnes habent nouenarium numerum, & nemo non eum decantat. vt qui primum sit primi imparis quadratum, & impariter impar, scilicet quia in tres æquales diuidatur impares. Et Ammonius in lenem solutus risum: Viriliter, inquit, hæc memoria repetiisti. atque his id quoque adde, numerum hunc è primis conflatũ esse cubis vnitate & octonario: rursumq; alio modo è duobus triangulis ternario & senario, quorum vterq; etiam perfectus est. Sed quid hoc ad Musas magis quàm ad reliquos pertinet deos: vt musas habeamus nouem, Cereres, Mineruas, Dianas non item? Non enim existimo id quoque tibi persuasum esse, Musas tot esse, quia matris earum nomen totidem constet syllabis. Cùm risisset Herodes, & silentium factum esset, Ammonius nos hortatus est vt causam quæreremus. Itaq; frater meus isthæc dixit. Antiqui tres agnoscebant Musas: huiusque adferre demonstrationem apud tot tantosque viros, indocti est & inurbani. Causa fuit, nõ quam nonnulli adferunt, quòd cantus genera tria sint, diatonon nempe, chromaticum, & enharmonium. neq; termini interualla continentes, ima nimirum, media, & summa chorda. Sanè Delphi Musas sic appellauerunt, non rectè vni scientiæ, aut portioni potius scientiæ, musicæ inquam harmonicæ, id nomen accommodantes. Enimuerò prisci, vt mea fert opinio, cùm obseruassent, omnes sciẽtias & artes quæ ratione & sermone absoluuntur, in tribus versari generibus, philosophico, oratorio, & mathematico: dona hæc fecerunt trium deorum, quas Musas dixerunt. Post, & sub ætatem Hesiodi, cùm iam facultates istæ latiùs se profterent, in partes seu formas cùm diuiderent, animaduerterunt vnamquanq; tria in se continere discrimina. scilicet inesse in mathematica musicam, arithmeticam, geometriam: in philosophia differendi vim, morum & vitæ rationem, naturæ considerationem: in oratoria primùm exornationis exstitisse, deinde consultationis, vltimò iudicialem facultatem. quorum omnium cùm censerent nihil deo, Musa, meliorique principio & præside carere, bona ratione totidem Musas non fecerunt, sed agnouerunt. Sicut ergo nouenarius in tres diuiditur terniones, quorum quiuis denuò, in tres vnitates secatur: ita vnicum & commune est, orationis circa veritatem rectitudo: diuiditur autem in tria genera, quorum vnumquodque in tria singularia diducitur: quorum vnicuique sua obtigit Musa, eius fouens ornansque facultatem. Non enim puto à poëtis me & astrologis reprehensum iri, quòd earum artes omiserim: cum nobiscum hoc sciant, astrologiam geometriæ, poëticam musicæ esse adiunctam. His dictis, Trypho medicus: Quî, ait, factum est, vt nostræ arti Musæum occluderes? subiecit Dionysius Melitensis: multos tu excitas ad culpandum Lampriam. nam & nos agricolæ Thaleam nobis vindicamus,

plantarum & ſeminum bene germinãtium (hoc eſt A thallen) curam ei conſeruationemq; inſcribentes. Atqui, inquam tum ego, nõ recte hoc facitis. Vobis quippe eſt Ceres Anyſidora, & Bacchus qui arborũ curam gerens, caſtum auget frugum ſplẽdorem, vt ait Pindarus. Medicos habere Aeſculapium præſidẽ ſcimus, & Apolline Pæane vti vbiq; nuſquam Muſarum principe. Etenim verũ eſt quod Homerus ait, omnes homines deorum indigere opera, non omnes omnium. Verum hoc miror quomodo fefellerit Lampriam, quod Delphi dicunt. nimirum Muſas apud ipſos nõ neruorum, nõ ſonorum cognomines haberi: ſed cum trifariam diuiſus ſit mundus, primã B eſſe portionem ſtellarum inerrantium, ſecundam errantium, tertiam eorum quæ infra Lunam ſunt. has omnes inter ſe eſſe cõſertas ac compoſitas harmonicis rationibus, & cuivis Muſam cuſtodiæ cauſa præpoſitam, primæ hypatam ſeu ſummã, mæneten ſiue infimam, mediæ meſen, quæ iis interiecta continet, vnaq; circumducit (quantum fieri poteſt) mortalia cum diis, & terrena cum cœleſtibus. Idq; etiam Plato involuto ſenſu innuit per nomina Parcarum, alteram Atropon, alteram Lacheſin dicens. nam octo ſphærarum converſionibus, totidem nõ muſas, ſed Sirenes præfecit. Ibi excipies ſermonem Menephilus Peripateticus: Delphorum, inquit, ratio vtcunque probabilis eſt. Plato autem abſurde, qui ſempiternis & diuinis circuitibus loco Muſarum Sirenes infixerit, genios non valde humanos aut benignos: Muſas vero aut plane omiſerit, aut Parcarum affecerit nominibus, filiaſque Neceſſitatis appellauerit. Aliena enim eſt a Muſis Neceſſitas, amica iis Suada, quæ multo magis, puto, quam gratia Empedoclis intolerabilem odit Neceſſitatem. Omnino, aiebat Ammonius, quæ cauſa nos invitos & contra conſilium animi cogit facere aliquid. At neceſſitas apud deos non eſt intolerabilis, non refractaria, non violenta, niſi malis. ſed ſicvt lex in D rep. optima optimum eſt: ita diis Neceſſitas immutabilis eſt & ineluctabilis, partim quia mutatio ei non poteſt accidere, partim quia mutatam dij nolũt. Cęterũ Homericarũ Sirenũ fabula præterrationẽ nos terret. nam poeta quoq; recte per ambages ſignificauit Muſices earum vim non inhumanam neque perniciosam illam: ſed quæ hinc iſthuc abeuntibus animis, vt apparet, & poſt mortem vagantibus ingeneret amorem cœleſtium ac diuinorum, obliuionem vero mortalium, detineatque & incantet oblectando, præ gaudio ſequentes & vna circumvolantes. nam huc ad nos obſcura quędam E velvti echo Muſicæ illius perveniens, rationibus excitat & admonet animas eorum quæ iſthic ſunt: circumventas & ſtipatas carneis ſepimentis & affectionibus * Anima autem ob indolis bonitatem ſentit & meminit, itaque adficitur, vt ab inſaniſſimo amore nihil differat eius deſiderium, cupientis neque tamen valentis ſeſe corpore exſoluere. Neque tamen ego iſta plane amplector. Sed videtur mihi Plato, ſicvt axibus nomen fuſi & coli, vertebræ ſtellis: ita Sirenum quoque hæc vocabulum Muſis inſolenter impoſuiſſe, quaſi diuina Ma- F nibus annunciantes. quemadmodum Sophoclis Vlyſſes ait adveniſſe

Phorci puellas, Manibus qui iura dat.

φυτῶν καὶ σπερμάτων βλαστούντων καὶ βλαστανόντων ἐπιμέλειαν αὐτῇ καὶ σωτηρίαν ἀποδιδόντες. Ἀλλ' οὐ δίκαια (ἔφη ἐγώ) ποιεῖτε. καὶ γὰρ ἡμῖν ἐστι Δημήτηρ ἀνησιδώρα, καὶ Διόνυσος δενδρέων νόμον πολυγαθὴς αὐξάνων ἁγνὸν φέγγος ὀπώρας, ὡς Πίνδαρός φησι. καὶ τοὺς ἰατροὺς Ἀσκληπιὸν ἔχοντας ἴσμεν ἡγεμόνα, καὶ Ἀπόλλωνι παιᾶνι χρωμένους πάντα, μουσηγέτῃ μηδέν. πάντες γὰρ ἄνθρωποι θεῶν χατέοισι, καὐ Ὅμηρον, οὐ πάντες δὲ πάντων. ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω, πῶς ἔλαθε Λαμπρίαν ὃ λεγόμενον ὑπὸ Δελφῶν. λέγεται γὰρ οὐ φόρκυν οὐδὲ χορδῶν ἐπωνύμους γεγενέναι τὰς μούσας παρ' αὐτοῖς· ἀλλὰ τοῦ κόσμου τριχῇ παντὸς νενεμημένου, πρώτην μὲν εἶναι τὴν τῶν ἀπλανῶν μερίδα, δευτέραν δ', τὴν τῶν πλανωμένων, ἐσχάτην δὲ, τὴν τῶν ὑπὸ σελήνην. συνηρτῆσθαι δὲ πάσας καὶ συντετάχθαι κατὰ λόγους ἐναρμονίους, ὧν ἑκάστῃ φύλακα μοῦσαν εἶναι, τῆς μὲν πρώτης ὑπάτην, τῆς δ' ἐσχάτης νεάτην, μέσην δὲ, τὴν μεταξὺ συνέχουσαν ἅμα καὶ συνεπιστρέφουσαν, ὡς αὐτόν ἐστι, τὰ θνητὰ τοῖς θεοῖς, καὶ τὰ θεῖα τοῖς οὐρανίοις. ὡς καὶ Πλάτων ἠνίξατο τοῖς τῶν μοιρῶν ὀνόμασι· τὴν μὲν, Ἄτροπον· τὴν δ', Λάχεσιν· τὴν δ', Κλωθὼ C προσαγορεύσας. ἐπεὶ τοῖς γε τῶν ὀκτὼ σφαιρῶν περιφοραῖς σειρῆνας οὐ μούσας ἰσοείθμους ἐπέστησαν ὑπολαβὼν δὲ Μενέφυλλος ὁ Περιπατητικὸς, Τὰ μὲν Δελφῶν (εἶπεν) ἄλλως γέ πως μετέχει πιθανότητος· ὁ δ' Πλάτων ἄτοπος, ταῖς μὲν ἀϊδίοις καὶ θείοις περιφοραῖς αὐτὰ τῶν μουσῶν τὰς σειρῆνας ἐνιδρύων, οὐ πάνυ φιλανθρώποις οὐδὲ χρηστοῖς δαίμονας· τὰς δ' μούσας ἢ παντελεῖ πόνων πάντα πάσιν, ἢ τοῖς τῶν μοιρῶν ὀνόμασι προσαγορεύων, καὶ καλῶν θυγατέρας Ἀνάγκης. ἄμουσον γὰρ ἡ Ἀνάγκη, μουσικὴν δὲ ἡ Πειθὼ, καὶ μούσας φιλοδαμοῦσα πολὺ μᾶλλον (οἶμαι) τῆς Ἐμπεδοκλέους χάριτος, φυγεῖν δυσπλήστον ἀνάγκην. πάνυ μὲν οὖν (ὁ Ἀμμώνιος ἔφη) τὴν ἐν ἡμῖν ἀκούσιον αἰτίαν καὶ ἀπροαίρετον· ἡ δὲ ἐν θεοῖς ἀνάγκη δυσπλήστος οὐκ ἔστιν, οὐδὲ δυσπειθής, οὐδὲ βιαία, πλὴν τοῖς κακοῖς, ὡς ἐστι νόμος ἐν πόλει τοῖς βελτίστοις ὃ βέλτιστον αὐτοῖς ἀπαράτρεπτον καὶ ἀπαράβατον, οὐ τῷ μὲν ἀδυνάτῳ, τῷ δ' ἀβουλήτῳ τῆς μεταβολῆς. ἄγε μὲν δὴ Ὅμηρου σειρῆνες, οὐ κατὰ λόγον ἡμᾶς τῷ μύθῳ φοβοῦσιν, ἀλλὰ κάκεῖνος ὀρθῶς ἠνίττετο τὴν τῆς μουσικῆς αὐτῶν δυνάμιν οὐκ ἀπάνθρωπον, οὐδὲ ὀλέθριον οὖσαν, ἀλλὰ ταῖς ἐντεῦθεν ἀπιούσαις ἐκεῖ ψυχαῖς (ὡς ἔοικε) καὶ πλανωμέναις μετὰ τὴν τελευτὴν ἔρωτα πρὸς τὰ οὐράνια καὶ θεῖα. λήθην δ' τῶν ἀνθρωπίνων ἐμποιοῦσα κατέχει καὶ καταδεδεμένας· αἱ δ' ὑπὸ χαρᾶς ἕπονται καὶ συμπαρεμπολῶσιν. οὐ μὴν δ' πρὸς ἡμᾶς ἀμυδρᾶς οὖσ' ἡχὼ τῆς μουσικῆς ἐκείνης ἐξικνουμένη, λόγῳ ἐγκαλεῖται καὶ ἀναμιμνήσκει τὰς ψυχὰς ὧν τότε μὲν πλεῖστον παραλήλιπται καὶ καταπέπλασται σαρκίνοις ἐμφράγμασι καὶ πάθεσιν οὐ κρινοῖς. ἡ δὲ δι' εὐφυΐαν αἰσθάνεται, καὶ μνημονεύει, καὶ τῶν ἐμμανεστάτων ἐρώτων οὐδὲν ἀποδεῖ τὸ πάθος αὐτῆς, γλιχομένης καὶ ποθούσης λυσαί τε μὴ δυναμένης ἑαυτὴν ἀπὸ τοῦ σώματος. οὐ μὴν ἔγωγε πάντα συμφέρομαι τούτοις· ἀλλά μοι δοκεῖ Πλάτων ὡς ἀτράκτοις καὶ ἠλακάτας, τοὺς ἄξονας, σφονδύλοις δ' τοῖς ἀστέρας ἐξηλλαγμένως ἐνταῦθα καὶ τὰς μούσας σειρῆνας ὀνομάζει, ἐρεούσας τὰ θεῖα καὶ λεγούσας ἐν ᾅδου, καθάπερ Σοφοκλέους Ὀδυσσεὺς φησὶ σειρῆνας εἰσαφικέσθαι Φόρκυ κόρας αἰθρῆντος τοῖς ᾅδου νόμοις,

A Musæ autem sunt octo globis, vna locum pone terram est sortita. Quæ octo Sphærarum revolutionibus præsunt, eæ errantium stellarum adversus inerrantes & ipsarum invicem conseruant harmoniã. Vna quæ locum Lunæ & terræ interiectum custodit, atq; obit, ea mortalibus gratiæ, rhythmi & harmoniæ (quantum horum eius ipsos recipere natura sinit) indit facultatem ac rationem, & ciuilem persuadendi, qua societas humani generis adiuuetur: demulcetq; & sedat animorum tumultus, vagantesq; velvti ex auiis revocat placide & componit.

Sed quæ cara Ioui non sunt,
Consternantur, vbi audiunt
Pieridum vocem.

vt ait Pindarus. His cum acclamasset Ammonius more suo versum Xenophanis,

Ista probabiliter sunt dicta propinquaq; veris,

iussisset q; vnumquemq; suam dicere sententiam: ego paululum moratus, sicvt, inquam, Plato nominibus tanquam vestigiis deorum se facultates putat invenire: ita nos quoq; similiter imponamus cœlo & rebus cœlestibus. Vraniam Musam quæ à cœlo nomen habet. Et probabile est res cœlestes nõ multa aut varia opus habere gubernatione: quãdoquidem iis vnica & simplex causa est natura. Vbi verò multi errores, multa contra mensuram evenientia, multa delicta: eo iam octo Musæ sunt transferẽdæ, quarum alia alii vitio medicetur. Porrò cum vitæ nostræ pars alia seriis, alia iocosis rebus transigatur, & vtriq; opus sit vt hoc concinne fiat atq; moderate: seria videntur Calliope, Cleio, & Thalia, quę nos ad notitiam deorum introducit, procurare, & ad bene gerendam rem auxilio esse. reliquæ autem id quod ob imbecillitatem nostram ad immoderatum & ferum aliquid iam inclinat, non negligere, sed saltatione, cantilena & chorea modos habẽte suos, harmoniaq; & ratione temperatũ modeste excipere, atque composita oblectatione prosequi. Ego autem, cum Plato singularum actionum duo statuat principia, insitam voluptatis appetentiam, & adscititiam extrinsecus opinionem quæ bonum concupiscat: alterumque interdum affectum, alterum rationem appellet: quorum vtrunque varias rursus habeat differentias: ambo ista video magna & diuina prorsus moderatione opus habere. Nam rationis statim alia facultas est ciuilis & regia, cui Hesiodus Calliopam præficit. studium honorum Cleio maxime solet collaudare & ambitioni alacritatem addere. Polymnia discendi memorandique facultati animæ præest. itaque Sicyonii etiam vnam de tribus Musis Polymatheam dixere à multiiugo discendi studio Euterpæ nemo non considerationem veritatis de rebus naturalibus adscripserit: cum nullas vel putiores vel pulcriores vlli alii generi reliquerit voluptates & oblectationes. Quod ad cupiditates attinet, Thalia hominem de fero sociabilem facit in conuiuus. ideo qui amice & hilariter compotant, eos thaliozen dicimus, non qui per vinum culpam committant. Libationibus autem quæ fiunt concubitui, Erato interest, vt cum ratione & tempestiue is fiat persuadens, tollitq; inde voluptatis mollicie m & nimios stimulos, facitq; vt in amicitiam & fidelitatem, non in contumeliam & lasciuiam res exeat. Denique aurium & oculorum oblectatio, siue rationi magis, siue affectioni subitę congruit: siue communis amborum est: eam reliquæ duæ Melpomene & Ter-

B ἀφαίρεσις, μία δὲ τὸν περὶ γῆν τόπον ἔλαχε μόνον. αἱ μὲν οὖν ὀκτὼ περιόδοις φερομένας τὴν τῶν πλανωμένων ἄστρων πρὸς τὰ ἀπλανῆ καὶ πρὸς ἀλλήλας συνέχουσι καὶ διασώζουσιν ἁρμονίαν· μία δὲ τὸν μεταξὺ γῆς καὶ σελήνης τόπον ἐπισκοποῦσα καὶ περιπολοῦσα τοῖς θνητοῖς, ὅσον αὐταίνεσθαι καὶ δέχεσθαι πέφυκε, χαρίτων καὶ ῥυθμοῦ καὶ ἁρμονίας, ἐνδίδωσι διὰ λόγου καὶ ᾠδῆς πειθὼ πολιτικῆς καὶ κοινωνικῆς συνεργόν, ἐπάγουσα τὸ δεδαμασμένον καὶ κηλοῦσαν ἡμῶν τὸ παραχῶδες, καὶ τὸ πλανώμενον ὥσπερ ἐξ ἀνοδίας ἀνακαλουμένη ἐπιεικῶς καὶ καθιζᾶσα. Ὅσα δὲ μηδὲ πεφίληκε Ζεὺς, ἀτύζοντα βοᾶν πιερίδων ἀίοντα, καθ' Πίνδαρον. τούτοις ἐπιφωνήσαντος τοῦ Ἀμμωνίου τὰ τοῦ Ξενοφάνους, ὥσπερ εἰώθει, Ταῦτα δεδοξάσθω μὲν ἐοικότα τοῖς ἐτύμοισι, καὶ παρακελευσάμενος ἀποφαίνεσθαι καὶ λέγειν ὃ δοκοῖ ἕκαστον, ἐγὼ μικρὸν διασιωπήσας ἔφην ὅτι καὶ Πλάτων αὐτὸς ὥσπερ ἴχνεσι τοῖς ὀνόμασι τῶν θεῶν αὐθυποστήσεσθαι οἴεται τὰς δυνάμεις· καὶ ἡμεῖς ὁμοίως μὲν θήσομεν ἐν οὐρανῷ καὶ περὶ τὰ οὐράνια, μίαν τῶν μουσῶν ἡ Οὐρανία φαίνεται. καὶ εἰκὸς σκῆπτρα μὴ πολλῆς μηδὲ ποικίλης κυβερνήσεως δεῖσθαι, μίαν ἔχοντα καὶ ἁπλῆν αἰτίαν φύσιν. ὅπου δὲ πολλαὶ πλημμέλειαι, πολλαὶ δ' ἀμετρίαι καὶ παραβάσεις, εἰς ταῦτα τὰς ὀκτὼ μετοικιστέον, ἄλλην ἄλλο κακίας καὶ ἀναρμοστίας εἶδος ἐπανορθουμένας. ἐπεὶ δ' τὸ βίου τὸ μὲν σπουδῆς, τὸ δ' παιδιᾶς μέρος ἐστὶ, καὶ δεῖται τοῦ μουσικῶς καὶ μετρίως, τὸ μὲν σπουδάζον ἡμῶν, ἥ τε Καλλιόπη, καὶ ἡ Κλειώ, καὶ ἡ Θαλία τῆς περὶ θεοὺς ἐπιστήμης καὶ θεᾶς ἡγεμὼν οὖσα, δόξουσιν ἐπιστρέφειν καὶ συγκατορθοῦν· αἱ δ' λοιπαὶ τὸ μεταβάλλον ἐφ' ἡδονῇ καὶ παιδιᾷ, ὑπὸ ἀσθενείας μὴ περιορᾶν ἀτέμνον ἀχολάστως καὶ θηριωδῶς, ἀλλὰ ὀρχήσει καὶ ᾠδῇ καὶ χορείᾳ ῥυθμὸν ἔχουσῃ, καὶ ἁρμονίᾳ καὶ λόγῳ κεκραμένοι, δι' ἡμόνως καὶ κοσμίως ἀνδέχεσθαι καὶ παραπέμπειν. ἐγὼ μέν τοι, τοῦ Πλάτωνος ἐν ἑκάστῳ δύο παράξεων ἀπολείποντος ἀρχάς, τὸν μὲν, ἔμφυτον ἐπιθυμίαν ἡδονῆς, τὴν δὲ, ἐπείσακτον δόξαν ἐφιεμένην τοῦ ἀρίστου· καὶ τὸ μὲν λόγον, τὸ δὲ πάθος ἔστιν ὅτε καλοῦντος· ἑτέρας δὲ αὖ πάλιν τούτων ἑκατέρου διαφορὰς ἔχοντες· ἑκάστην ὁρῶ μεγάλης καὶ θείας ὡς ἀληθῶς παιδαγωγίας δεομένην. αὐλίκα, τοῦ λόγου τὸ μὲν ἐστι πολιτικὸν καὶ βασιλικὸν, ἐφ' ᾧ τὴν Καλλιόπην τετάχθαι φησὶν ὁ Ἡσίοδος· φιλότιμον δὲ ἡ Κλειὼ μάλιστα κυδαίνειν καὶ συνεπιαυξῶν εἴληχεν· ἡ δὲ Πολύμνια τοῦ φιλομαθοῦς ἐστι καὶ μνημονικοῦ τῆς ψυχῆς. (διὸ καὶ Σικυώνιοι τῶν τριῶν ἁπάντων μίαν Πολυμάθειαν καλοῦσι) Εὐτέρπη δ' πᾶσιν ἀποδοίη τὸ θεωρητικὸν τῆς περὶ φύσιν ἀληθείας. οὔτε καθαρωτέρας οὔτε καλλίους ἑτέρῳ δίδωσι τῶν ἀπολαυστῶν ἀπαθείας καὶ τέρψεις. τῆς δ' ἐπιθυμίας τὸ μὲν περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡ Θαλία κοινωνικὸν ποιεῖ καὶ συμποτικὸν, ἐξ ἀπθρώπου θηριώδους. διὸ τοὺς φιλοφρόνως καὶ ἱλαρῶς συμπίνοντας ἀλλήλοις ἐν οἴνῳ, θαλιάζειν λέγομεν, οὐ τοὺς ὑβρίζοντας καὶ παροινοῦντας. πᾶσι δὲ περὶ συμποσίαν ἀποδοῖς ὁ Ἔρως τὸ παρεῖναι μετὰ πειθοῦς ὡς λόγον ἔχουσης καὶ καιρὸν, ἐξαιρεῖ καὶ καταβέννυσι τὸ μαλακὸν τῆς ἡδονῆς καὶ οἰστρώδες, εἰς φιλίαν καὶ πίστιν, οὐ χύδην δὲ ἀχολασίαν τελευτῶσης. ἡ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἡδονὴ εἶδος· εἴτε τῷ λόγῳ μᾶλλον εἴτε τῷ πάθει προσῆκον, εἴτε κοινὸν ἀμφοῖν ἐστιν· αἱ λοιπαὶ δύο Μελπομένη τε καὶ Τερ-

C

D

E

F

psichore, ita componunt, vt altera nõ sit incantatio A quędã, sed lętitia: altera nõ prestigię sed delectatio.

Tres esse saltationis partes. Lationem, speciem, ostentationem. tum quid sit vnumquodque horum: & quid poëticæ cum saltatione sit commune. Quæstio supram decimam quinta.

DEINDE placenta, quæ pyramus dicitur * * omnibus saltando vincentibus præmium. Arbiter autem cum Menisco pædotriba decernebatur Lãprias frater. Nam pyrrichen ille commode saltabat: & manibus gesticulans in palæstra videbatur reliquos superare pueros. Cum autem saltarent multi alacrius quam artificio musico cõvenientius: duos qui probabantur, & concinnitatẽ studerent reseruare, quidam rogauerunt, vt lationem vnam ex altera saltarent. Quęsiuit ergo Thrasybulus ex Ammonio, quidnã sibi vellet nomen lationis: occasionẽq; prębuit plura ei de partib. saltationis differendi. Dicebat vero Ammonius saltationis tres partes haberi, phorã, schema, deixin (quę fortassis Latine lationẽ, speciem, ostentationem dixeris.) Saltationem .n. è motibus & habitibus (scheses ipsi vocant) certis cõstare, vt cãtilenam è sonis & intervallis. Hæc autem quies siue mansio finis est saltationis. Motibus ergo nomen lationum tribuitur: habitus siue dispositiones, species appellant, in quas motus isti desinunt, quando Apollinis, aut Panis, aut Bacchæ alicuius exprimentes formam corpore & eius dispositione (quod artis est) sic conquiescunt. Tertium, siue demonstratio id est, siue ostentatio (deixin puta) non imitatio est, sed re vera interpretatio argumenti. Equidem poetæ propriis nominibus demonstratiue vtuntur, quando Achillem, Vlyssem, cœlum, terram nominant, sicvti ea vulgo appellantur. vt autem maiorem vim verbis concilient, & imitationem aliquam exprimant: nouandis vocabulis & translationibus indulgent: quando aquas infractas scribunt κελαρύζειν & καχλάζειν & tela ferri λιλαιόμενα χρόα ἆσαι, & de pugna vbi in neutram partem inclinat victoria,

Ἴσας ὑσμίνη κεφαλὰς ἔχεν.--

multas etiam compositiones nominum carmini aptant imitatione aliqua constructorum, vt apud Euripidem Gorgonicida volans sub Iouis diuum ętherem. & de equo Pindarus: Quãdo ad Alphęum corpus ἀκέντητον (stimulo non compunctum) præbuit. & de curruum concertatione Homerus:

Ἅρματα δ' αὖ χαλκῷ πεπυκασμένα καασσιτέρῳ τε
Ἵππωι ὠκυπόδεσσιν ἐπέτρεχον.--

Eodem modo in saltatione schema formam imitatur & exemplar: latio autem significat aliquem animi motum, actionemve, aut facultatem. deixes adhibent ad res ipsas manifestandas, cœlum, terram, propinquos. quod cum fit ordine quodã & numero, adfinitatem habet cum vocabulis poeticis, quæ ornate & polite efferuntur, qualia sunt,

Καὶ Θέμιν αἰδοίην, ἐλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην,
Ἠῶ τε χρυσοστέφανον, καλήν τε Διώνην.
Ἑλίκων δ' ἐξύοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες,
Δωρός τε, Ξοῦθός τε καὶ Αἰολος ἱππιοχάρμης.

Nisi enim sic habeant carmina, nimis pedestria videbuntur & male dimensa, qualia sunt:

Ἐξύοντο τοῦ μὲν Ἡρακλῆς τοῦ δὲ Ἴφιτος.
Τῆς ὃ πατὴρ, καὶ ἀνὴρ, ἢ παῖς βασιλεῖς, ἢ ἀδελφοὶ,

ψιχόρη τὰ δὲ λαβοῦσαι κοσμοῦσιν· ὥστε τὴν μὲν, εὐφροσύνη κήλησιν εἶναι. τὸ δὲ μὴ χορηγεῖαι, ἀλλὰ τέρψιν.

Ὁ πτερία μέρη τῆς ὀρχήσεως, φορά, καὶ σχῆμα καὶ δεῖξις· καὶ τί ἕκαστον αὐτῶν, καὶ τίνα κοινὰ ποιητικῆς καὶ ὀρχηστικῆς.

Πρόβλημα ιέ.

ΕΚ τούτου πυραμοῦς ἐπυραντοῦν πᾶσι νικητήριον ὀρχήσεως. ἀπεδείχθη δὲ κριτὴς μετὰ Μενίσκου τοῦ παιδοτρίβου Λαμπρίας ὁ ἀδελφός. ὠρχήσατο γὰρ πιθανῶς τὴν πυρρίχην, καὶ χειρονομῶν ἐν ταῖς παλαίστραις ἐδόκει διαφέρειν τῶν παίδων. ὀρχουμένων δὲ πολλῶν προθυμότερον ἢ μουσικώτερον, δύο τοὺς εὐδοκίμους καὶ βουλομένους δυνασθῆναι τὴν ἐμμέλειαν ἀξιοῦν ἑνὶ ὀρχεῖσθαι φορὰν τὴν φορά. ἐπεζήτησεν οὖν ὁ Θρασύβουλος Ἀμμωνίου τί βούλεται τοὔνομα τῆς φορᾶς, καὶ παρέσχε τῷ Ἀμμωνίῳ περὶ τῶν μερῶν τῆς ὀρχήσεως πλείονα διελθεῖν. ἔφη δὲ τρία εἶναι, τὴν φορὰν, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὴν δεῖξιν. ἡ γὰρ ὄρχησις ἔκ τε κινήσεων καὶ στάσεων συνέστηκεν, ὡς τὸ μέλος τῶν φθόγγων καὶ τῶν διαστημάτων. ἐνταῦθα δὲ αἱ μοναὶ πέρα τῶν κινήσεων εἰσί. φορὰς μὲν οὖν ταὶς κινήσεις ὀνομάζουσι, σχήματα δὲ στάσεις καὶ διαθέσεις, εἰς ἃς φερόμεναι τελευτῶσιν αἱ κινήσεις, ὅταν Ἀπόλλωνος, ἢ Πανὸς, ἢ τινος βάκχης σχῆμα διαθέντες ὀπτὶ τὸ σώματος γραφικῶς τοῖς εἴδεσιν ὀπτιμένωσι. τὸ δὲ τέλειον ἡ δεῖξις, οὐ μιμητικόν ἐστιν, ἀλλὰ δηλωτικὸν ἀληθῶς τῶν ὑποκειμένων. ὡς γὰρ οἱ ποιηταὶ τοῖς κυρίοις ὀνόμασι δεικτικῶς χρῶνται, τὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Ὀδυσσέα, καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν ὀνομάζοντες, ὡς ὑπὸ τῶν πολλῶν λέγονται· πρὸς δὲ ταὶς ἐμφάσεις καὶ ταὶς μιμήσεις, καὶ ὀνοματοποιίας χρῶνται καὶ μεταφοραῖς, κηλαρύζειν καὶ καχλάζειν τὰ κλώμενα τῶν ῥευμάτων λέγοντες, καὶ τὰ βέλη φέρεσθαι λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι· τὴν ἰσόρροπον μάχην, ἴσας ὑσμίνη κεφαλὰς ἔχον (πολλὰς δὲ καὶ σεμνοτέρας τῶν ὀνομάτων κατὰ μέλη μιμητικῶς χρηματίζουσιν, ὡς Εὐριπίδης, ὁ πετόμενος ἱερὸν ἀνὰ Διὸς αἰθέρα χαρροφόνος. καὶ περὶ τοῦ ἵππου Πίνδαρος, Ὅτε παρ' Ἀλφειῷ σύτο δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων. καὶ Ὅμηρος ὀπτὶ τῆς ἱπποδρομίας, Ἅρματα δ' αὖ χαλκῷ πεπυκασμένα καασσιτέρῳ τε, Ἵπποις ὠκυπόδεσσιν ἐπέτρεχον) οὕτω ἐν ὀρχήσει, τὸ μὲν σχῆμα μιμητικόν ἐστι μορφῆς καὶ ἰδέας, καὶ πάλιν ἡ φορὰ πάθους τινὸς ἐμφατικὸν ἢ πράξεως, ἢ δυνάμεως, ταῖς δὲ δείξεσι κυρίως αὐτὰ δηλοῦσι τὰ πράγματα, τὴν γῆν, τὸν οὐρανὸν, αὐτοὺς τοὺς πλησίον. ὁ δὲ τάξει μὲν τινι καὶ ἀριθμῷ γινόμενον ἔοικε τοῖς ἐν ποιητικῇ κυρίως ὀνόμασι μετά τινος κόσμου καὶ λειότητος ἐκφερομένοις, ὡς τὰ τοιαῦτα,

Καὶ Θέμιν αἰδοίην, ἐλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην,
Ἠῶ τε χρυσοστέφανον, καλήν τε Διώνην. καὶ
Ἑλίκων δ' ἐξύοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες,
Δωρός τε Ξοῦθός τε καὶ Αἰολος ἱππιοχάρμης.

εἰ δὲ μὴ, τοῖς ἄγαν πεζοῖς καὶ κακομέτροις· ὡς τὰ τοιαῦτα,
Ἐξύοντο, τοῦ μὲν Ἡρακλῆς, τοῦ δὲ Ἴφιτος·
Τῆς δὲ πατὴρ καὶ ἀνὴρ καὶ παῖς βασιλεῖς, καὶ ἀδελφοὶ

καὶ πρόγονοι κλήζουσι Ἕλλας Ὀλυμπιάδα. τοιαῦτα γὰρ ἁμαρτάνεται καὶ περὶ τὴν ὄρχησιν ἐν ταῖς δείξεσιν, αἱ μὴ πιθανότητα μηδὲ χάριν μετὰ εὐπρεπείας καὶ ἀφελείας ἔχουσι. καὶ ὅλως ἔφη μεταθεῖναι τὸ Σιμωνίδου ἀπὸ τῆς ζωγραφίας ἐπὶ τὴν ὄρχησιν οἷον ποιοῦσαν καὶ θελγομένην· ὄρχησιν δὲ πάλιν, τὴν ποίησιν. ὅθεν εἶπεν οὔτε γραφικὴν εἶναι ποιητικῆς, οὔτε ποιητικὴν γραφῆς· ἃ δὲ χρῶνται τοῖς πράγμασιν ἀλλήλαις. ὀρχηστικὴ δὲ καὶ ποιητικὴ κοινωνία πᾶσα καὶ μέθεξις ἀλλήλων ἐστί, καὶ μάλιστα μιμούμεναι περὶ τῶν ὑπορχημάτων ἄμφω τὴν ἀρετὴν, τὴν μὲν τῶν σχημάτων καὶ τῶν ὀνομάτων μίμησιν ἀποτελοῦσι. δόξειε δ' ἄν, ὥσπερ ἐν γραφικῇ, τὰ μὲν ποιήματα, ταῖς γραμμαῖς ὑφ' ὧν ὁρίζεται τὰ εἴδη. δηλοῖ δὲ ὃ μάλιστα κατορθωκέναι δόξειεν ὑπορχήμασι, καὶ γεγενέναι πιθανώτατος ἑαυτοῦ δεῖσθαι τὴν ἑτέραν τῆς ἑτέρας. ὃ γὰρ ἀπέλασον ἵππον, ἢ κύνα Ἀμυκλαίαν ἀγωνιῶ ἐλελιζόμενος ποδὶ μίμεο καμπύλον μέλος διώκων. ἢ ὃ οἷος ἀνὰ δώτιον ἀνθεμόεν τε πεδίον πέταται θάνατον κεράσασα εὑρέμεν μανύων ἐλάφῳ. τὰν δ' ἐπ' αὐχένι φέροιμι ἕτερον κάρα πάντα ἕτοιμον. καὶ τὰ ἑξῆς μονονοὺ λέληθεν τὴν ὀρχήσει ἅμα θεῖναι τὰ ποιήματα. τοσοῦτον καλεῖν καὶ τὸν χορὸν καὶ τοὺς πόδας, μᾶλλον δὲ ὅλον, ὥσπερ τισὶ μηχανήσεσι ἕλκειν τὸ σῶμα τοῖς μέλεσι καὶ ἐντείνειν. τούτων δὲ λεχθέντων καὶ ἀδομένων, ἡσυχίαν ἄγειν μὴ δυναμένοις, αὐτὸς χρῶ ἑαυτὸν οὐκ ἀγαμαί τὴν ὄρχησιν οὐχ ἥττον ἢ τὴν ποίησιν ἐγκωμιάζων. ὅταν δ' ἠρώσαι, νῦν ἐλαφρὸν ὄρχημα οἶδα ποδῶν μιγνύμενον. Κρῆτα μὲν καλέουσι τρόπον, ἀλλ' οὐδὲν οὕτως ὅλως ἀπολέλαυκε τῆς κακομουσίας ὡς ἡ ὄρχησις. διὸ καὶ πέπονθεν ὁ φοβηθεὶς Ἴβυκος ἐποίησε, Δέδοικα μὴ τοῖς θεοῖς ἀμπλακὼν, τιμὴν τοῖς ἀνθρώποις ἀμείψω. καὶ γὰρ αὕτη καὶ πανδήμου τινὰ ποιητικὴν τρεψεταιεισαμένη, τῆς οὐρανίας οὐκ ἀποστοῦσα ἐκείνης τῶν μὲν ἐμπλεκτικῶν καὶ ἀνοήτων κρατεῖ θεάτρων, ὥσπερ τύραννος ὑπήκοον ἑαυτῇ πεποιημένη μουσικὴν ὀλίγην τινὰ πᾶσι τοῖς δὲ τοῖς νοῦν ἔχουσι καὶ θείοις ἀνδράσιν ὡς ἀληθῶς τιμὴν ἀπολώλεκε. Ταῦτα μὲν δὴ ὦ Σόσσιε Σενεκίων τελευταῖα τῶν ἐν τοῖς μουσείοις τότε τοῦ Ἀμμωνίου τοῦ ἀγαθοῦ φιλοσοφηθέντων.

A Καὶ πρόγονοι κλήζουσι Ἕλλας Ὀλυμπιάδα. huiusmodi enim errores etiam in ostentationibus committuntur, si non probabilitatem & venustatem decoro simplicitatique adiunctam habeant. Denique Simonidis huc potest transferri dictum, vt poesis loquens saltatio, hæc tacita nominetur poesis. quod ille in picturæ cum poesi vsurpauit cõparatione. Quanquam profecto neq; pictura poesis vtitur opera, neque poesis picturæ: saltatoriæ arti & poeticæ maxima coniunctio & communicatio est. præcipue in carminibus quæ saltantibus accinuntur ambæ efficacem figurarum & nominum imitationem conficiunt. Videri autem potest, sicvt in pictura, poemata similia esse lineamentorũ quibus circumscribuntur formæ * ostendit autem istis hyporchematis maxime laudem sibi parauisse, & seipso superior fuisse in animis ducendis, quia altera alterius opem requirit. Nam illud,

Ἀπέλασον ἵππον, ἢ κύνα Ἀμυκλαίαν ἀγωνιῶ
ἐλελιζόμενος ποδὶ μίμεο καμπύλον μέλος διώκων,

aut illud:

οἷος ἀνὰ Δώτιον ἀνθεμόεντε πεδίον πέταται
θάνατον κεράσασα εὑρέμεν μανύων ἐλάφῳ.
τὰν δ' ἐπ' αὐχένι φέροιαν ἕτερον κάρα πάντα ἕτοιμον,

& quæ sequuntur. tantum non enim videntur hæc poemata dispositionẽ saltationis prouocare, & pedes manusque, atq; adeo totum corpus quasi funiculis quibusdã cantu suo trahere & intẽdere, quod his cantatis quiescere & continere se non possit. Ipse quidem non veretur haud leuiore instinctu ad saltationem quam ad poesin ferri. & cum senuerit,

Nunc facilem saltum noui pedum admiscere inquit.

Cretensem vocant modum. Enimvero nulla maior deprauatio musicę vllam partem occupauit nostra ætate, quam saltationem. ideoque ei id accidit, quod metuẽs Ibycus dixit: Metuo ne aliquo aduersus homines delicto honorem ab hominibus redimam. Etenim saltatio adscita ad sodalicium vulgari quadam poetica, societate cœlestis illius poeseos amissa, in stultis & attonitis theatris obtinet tanquã tyrannus, subiugata sibi quadam exili musica: omnem autem apud prudentes & diuinos viros perdidit re vera honorem. Hæc fere, Sossi Senecio, sunt vltima eorum quæ tunc in Museis apud bonum Ammonium fuere disputata.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ Ερωτικός.

ΕΝ Ἑλικῶνι φῆς, ὦ Αὐτόβουλε, τοὺς περὶ ἔρωτος λόγους γεγενῆσθαι, οὓς εἴτε γραψάμενος εἴτε καὶ μνημονεύσας, τῷ πολλάκις ἐπανερέσθαι τὸν πατέρα, νυνὶ μέλλεις ἡμῖν δεηθεῖσιν ἀπαγγέλλειν. ἐν Ἑλικῶνι παρὰ τὰς μούσας, ὦ Φλαουιανέ, τὰ ἐρωτικὰ Θεσπιέων ἀγόντων (ἄγουσι γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν, ὥσπερ καὶ τὰς μούσας, καὶ τῷ ἔρωτι, φιλοτίμως πάνυ καὶ λαμπρῶς.) οἶσθα οὖν ὅσον μέλλομεν δεῖσθαι πάντες οἱ περὶ τὴν ἀκρόασιν ἥκοντες;

PLVTARCHI EROTICUS, hoc est Amatorius liber.

FLAVIANVS. In Helicone ais Autobule sermones de amore fuisse habitos, quos vel conscriptos abs te vel memoria comprehensos, quod de iis subinde è patre quæsiuisti, nunc nobis rogatu nostro es enunciaturus. AVTOBVLVS. In Helicone apud Musas, Flauiane, Amatoria agentibus Thespiensibus. nam certamen quinquennale celebrant vt Musis, ita etiam Amori, magnifice admodum & splendide. FLAV. Scisne quid petituri abs te simus? quotquot ad audiendum confluximus?